

25 traduco. Hinc est, optime patrone, quod te maximopere oratum velim, si quoquam me istic commode absque dispendio tuo promouere posses (scis enim quid possim et quibus rebus sim idoneus), litteras ad me dare ne graueris. Si enim tibi placuerit, istuc redibo, eo quidem libentius quod te in Brabantia meo natali solo velle per 30 manere audiuierim, simul quod de futuro apud nos bello incerti sumus. Sin autem manendum censeas, scribere tamen aliquid Battu tuo ne omittas quaeso; erunt enim mihi litterae tuae multis aureis gratiores; per hoc enim me felicem et te paternae amiciciae satisfecisse existimabo. Litteras quoque, si quas scripseris, apud 35 Franciscum bibliopolam Antwerpensem reponas. Ego enim disposui vt Paulus bibliopola qui has praesentes Francisco reddidit, ab eo litteras ad me tuas repetat et ad me perferat.

Superest ergo vt pro omnibus istis beneficiis gratias agam; nam referre in praesentiarum, quod mihi molestissimum est, non suppetit. 40 Quid ergo? si enim spondeam me laudum tuarum fore buccinatorem, indignus est praeco, et toti mundo iam clarus haberis. Hominis tamen grati officio functus collata in me beneficia praedicare nunquam cessabo, quod Ia. Battum, parentem meum, sic in vita dilexeris vt illo mortuo omnia beneficia in me eius filium 45 nulla ob debita, sed tum propter Deum et humanae conditionis miserationem, tum etiam propter mutui quondam inter vos amoris recordationem, tam liberaliter contuleris vt nihil vnquam in patrem liberalius. Testes sunt Louanienses aureorum mihi abs te tam liberaliter donatorum. Et me insania quadam in Angliam venientem 50 quam non repuleris, imo quod bono viatico litteris multis remiseris non attinet dicere, cum sciam eam beneficiorum commemorationem tibi satis esse odiosam, et magis gaudere conscientia benefactorum. Quare pro omnibus istis beneficiis Deum Opt. Max. pro felici successu tuo, longea vita qua pluribus prodesse potes, superatione aemulorum 55 tuorum (licet indignus peccator), quamdiu hi mihi patebunt oculi, deprecari non obliuiscar. Vale ex Groninga decimo Kal. Maii 1517.

Idem qui supra tuus cliens.

574. FROM NICHOLAS SAGUNDINUS TO MARCUS MUSURUS.

Deventer MS. 91, ff. 95 (*a*) and 216 (*b*).

LB. App. 130.

London.

22 April 1517.

[There are two copies of this letter, as also of Ep. 559 and LB. App. 148, in the Deventer letter-book, by Hands A and B. For the relation of the

33. prīnae MS. : pristinae LB.

34. satisfecesse MS.

30. bello] Cf. Ep. 584. 35 n.

two and for the division of β^1 and β^2 see Ep. 559 introd. The date is confirmed by Musurus' preferment to Monembasia; cf. Ep. 556. 18 n.

Nicholas Sagundinus (\dagger p. Sept. 1533) first appears in Sanuto as holding a minor office at Venice in 1504. By Dec. 1511 he had become one of the secretaries to the Signoria, and in that capacity was appointed to accompany Giustinian's embassy to England 1515-19 (p. 514). On his return he continued his secretarial work and by 1532 had been appointed Secretary to the Council of Ten. He was a musician, and in Venice was named by his friends 'Exaudi nos'. See Rawdon Brown's Despatches of Sebastian Giustinian, 1854. His father was Alvise (Sanuto xlivi. 541), son of the Nic. Sagundinus of Euboea who settled at Venice in xy^c, with an appointment in the secretariat, and made some translations from the Greek; for whom see Voigt and Legrand.]

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. MARCO MVSVRO, ARCHIEPISCOPO
MONOVASIENSI DIGNISSIMO, NICOLAVS SAGVNDINV S. D.

MAXIMO tenebar desyderio, Presul longe omnium doctissime, tuas accipiendi litteras; quibus meis quarto, ni fallor, Idus Augusti proxime decursi ad te vtecumque exaratis te responsurum vt mihi persuaderem, faciebat vel summus in te meus amor perpetuusque cultus et obseruantia vel tua in me pariter non mediocris benevolentia singularisque benignitas. Quibus quidem tuis felicissimis litteris caue credas mihi his temporibus iucundius quicquam optatius honestiusue accidere potuisse. Verum dum meam me spem frustratam esse dolorem, dum multa ipse mecum tacitus animo voluntarem, ecce ex litteris meorum Venetiis ad me datis factus sum certior te 10 nuperrime a sanctissimo domino nostro Leone Pont. Max. Venetiis Romam honorificantissime accersitum Archiepiscopumque, vt aiunt, Monouasiensem auspicatissime creatum declaratumque esse. Quo nuncio pro eo ac debui sanequam sum gauisus, non tam quod te noua ista amplaque omnino dignitate auctum sentiam (qua iam- 15 pridem, suauissimis tuis moribus, doctrina tua facundiaque rarissima sapientiaque ista tua, prudentia, integritate incomparabiliter praeditus, merito dignissimus habitus iudicatusque es) quam quod omnibus optimarum litterarum studiosis optime consultum intelligo; qui quidem per te in eo dignitatis gradu constitutum apudque Pont. 20 Max. tuo merito pollentem Camoenas, tam alto hac tempestate deiectas culmine, tam misere deturbatas, in suam pristinam celsitudinem tranquillitatemque subleuatum deductumque iri non dubitabunt. Quo fit vt magnam in spem adducar vt credam [futurum, quod], cum studiosi omnes aliquid bonis litteris habitum esse 25 honoris emolumentique Moecenatesque alicubi reperiri rescuerint, multos subinde fore Marones. Gaudeo itaque mihi ac vere et ex animo tibi gratulor, optoque munus istud tali auspicio tibi feliciter

TIT. β : MONONASIE \bar{n} . a. 4. persuaderem *scripti*: persuaderet $a\beta$. 6. quidem β : quid a. 7. mihi β : in a, *sine dubio perperam pro m.* 9. dolorem LB : dolerent $a\beta$. 13. Mononasiensem β . β : eratum a. 17. incompara- bilem β . 20. qui quidem β : quicquid a. $a\beta^2$: aputque β^1 . 21. $a\beta^2$: pollente β^1 . 23. β : tranquillitatem a. 27. $a\beta^2$: Suadeo β^1 .

delatum esse, vt ad supremam vsque dignitatem gradus sit cum lucu-
30 lentiſſimo tui nominis splendore optimarumque litterarum singulari
illustratione, amicorum et clientum, quorum de grege et numero
sum, perpetua iucunditate.

Verum scire te cupio, Presul clementissime, quod etsi nihil mihi
accidere potest iucundius quam te florentem audire, quam te meritissi-
35 mam foecundissimamque tuae strennuissimae agricolationis excipere
messem postque tot turbulentas procellas fluctuumque agitationes
portum tranquillum et quietum subiisse, nihilominus non possum
non vehementer exeruciari Venetam iuuentutem bonarum litterarum
40 amore flagrantem, quam tuis nectareis epulis quotidie opipare pascere
solebas, ex tuis totam dependentem nutibus et tanquam alterum
Demosthenem Ciceronemque colemem et adorantem, te tanto ac
tali viro, nostri saeculi fulgentissimo ornamento, tam importune
priuari orbarique. Reliquisti tamen Venetiis praedium omnino
ferax et fertile, in quo aliquot felicissimae tuis scientissimis excultae
45 manibus insurgebant plantae, futurae aliquando inclytae reipublicae
Venetae tibique vsui, fructui atque honestamento: quae tali desti-
tutae orbataeque colono nescio an algifica sydera, nimios aestus,
descendentes superne subitos imbræ timere cogantur. Me miserum,
qui tali ero priuatus solatio orbatusque lumine, sine quo vt cecutiā
50 deliremque erit necesse. Sed mihi non perexigua restat spes, quae
nonnihil me consolatur et recreat, te scilicet superis iuuantibus
Romæ videre, te praesentem affari ac tua dignissima frui consuetudine
et tanquam aseclam tuum numen sequi et adorare; Romam
enim adire iamdiu mihi insedit animo. Nunc vero tui visendi
55 adorandique gratia titillat et ardet; et de his hactenus.

Nos vero adhuc Britannicum calcamus solum, tantisperque calca-
bitimus donec expectatissima in patriam redeundi venia ab illustrissimo
Senatu nobis decernatur. Sed ardet, crede mihi, iam animus in
patriam redire; non enim possum tam diu charissimorum meorum
60 dulcissimaeque patriæ iucundissimo carere conspectu. Interim tamen
pro virili nostra curabimus ne dies vllus Musis vacuus dilabatur.
Erasmus enim saepe conuenimus, qui accersitus, vt arbitror, ab
hoc diuinissimo Rege omni virtutum genere modis omnibus cumula-
tissimo nuperrime hic accessit; apud quem non mediocrem for-
65 tunam eum habiturum confido. Nosti enim eum tu, Antistes
doctissime, quam sit dignissimus omnibus fortunis quae tribui

35. $\alpha\beta^2$: facundissimamque β^1 . agrico β^1 , -lationis add. β^2 . 44. foelicis-
sime β . β : sanctissimis α . 48. β : discendentes α . 52. tua $\alpha\beta^2$: luce β^1 .
61. vacans β .

62. accersitus] For the intention of making provision for Erasmus in England see Epp. 517. 60 n. and 577. Dr.

Reich points out that the other purpose of his visit had not been divulged.
63. diuinissimo] Cf. Ep. 215. 5 n.

possint homini. Nosti exactissimam emunetissimamque vtriusque linguae doctrinam eius. Non es praeterea ignarus quam totus illum suspiciat et admiretur orbis. Cui quidem felicem istam tuam ad Archiepiscopatum promotionem notam esse volui. Exhilaratus est ⁷⁰ continuo vir ille humanissimus et tuo feliei successu quammaxime est letatus. Aderat enim tunc Thomas Morus, vnu ex primariis Londini ciuibus, vere optimorum morum insigne exemplar, tui nominis amantissimus; cuius celeberrimum nomen non dubito ad aures tuas antehac aduolasse. Quo viro, crede mihi, nihil in vita ⁷⁵ excogitari vel inquire potest iucundius, suauius atque lepidius: cuius mirificam in scribendo elegantiam, orationis structuram, delectum verborum sententiarumque rotunditatem non minus omnes pleno ore apprime laudant et extollunt quam ingenii acumen Latinique sermonis policiem, omni candore, festiuitate, acutia facilitateque ⁸⁰ refertam, summopere admirantur. Totum enim me, Presul benignissime, tali viro dedi perpetuoque diauui, totum me ei addixi insinuauique; in cuius mellitissima consuetudine tanquam in amoennissimo diuersorio sepe acquiescere soleo. Illeque, qua est humanitate vir, perbenigne amanterque me vidit et exceptit: quo fit vt ⁸⁵ nunquam eum conueniam quin me doctiorem suique amantiorem dimittat. Qui quidem vir doctissimus feliciter auspicata ista tua dignitate tibi vehementer gratulatur.

Reliquum vero mihi videtur esse vt te quammaxime possum rogem obsecremque vt me diuinis istis tuis litteris dignum esse ⁹⁰ 90 velis: quod quidem si abs te impetraro, omnium felicissimum me esse existimabo. Vale et gaude, doctissimorum hominum iubar praeclarissimum, et Nicolai tui ineptias aequo animo lege, meque in perpetuum tibi commendatum habe.

Londini Decimo Cal. Maii 1517.

95

575. FROM BEATUS RHENANUS.

Deventer MS. 91, f. 180.

Basle.

LB. App. 134.

24 April 1517.

[The books mentioned confirm the date.]

BEATVS RHENANVS ERASMO ROTE. S. D. P.

REDDIDIT mihi Bruno litteras tuas in die Parasceues. Non (est) ¹ eur aegreferas aeditum hic Theodori primum. Adtulerat id libelli quidam impressor Louanio veniens vt venderet, et nisi donato Nouo

^{574. 67.} possunt β . $a\beta^2$: virtusque β^1 . ^{69.} $a\beta^2$: suspiciant β^1 . ^{quidem} $a\beta^2$: quod β^1 . ^{72.} $a\beta^2$: Tomas β^1 . ^{80.} $a\beta^2$: facilitateque β^1 . ^{83.} mellitissima a : inclytissima β . ^{85.} videt LB. ^{excipit β .} ^{575. 1.} est add. LB.

575. 1. Bruno] Amorbach.

Parasceues] 10 Apr. 1517.

2. Theodori] Cf. Ep. 428 introd.